

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersacio b
cum fontibus proximo et primo

Unde Augustinus ait in lib. [III.] de doctrina Christiana, [cap. 12.] C. I. Pro moribus eorum, cum quibus uiuimus, alimentis uti debemus.

Quisquis rebus pretereuntibus restrictius utitur quam sese habent mores eorum, cum quibus uiuit, aut intemperans, aut supersticiosus est.

Quisquis uero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos uersatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido in culpa est.

Gratianus, *Decretum*, 1.41.1 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.148).

Quisquis rebus pretereuntibus strictius utitur quam sese habent mores eorum cum quibus uiuit aut intemperans aut supersticiosus est.

Quisquis uero sic eis utitur ut metas consuetudinis bonorum inter quos uersatur excedat aut aliquid significat aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum sed libido in culpa est.

Augustinus libro III. de doctrina Christiana et ponitur XLI. distinctione.

Quisquis autem rebus praetereuntibus restrictius utitur, quam sese habent mores eorum, cum quibus uiuit, aut temperans aut supersticiosus est;

quisquis uero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos uersatur, excedat, aut aliquid significat aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido utentis in culpa est.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina Christiana*, 3.12 (CCSL 32, K.D. Daur & J. Martin eds., p.89, ll.5-10).